

15

F.R. 99.

Tab. XX

II g
691

X 231 1847

JOSEPHVS haVD oCCVMbens
id est
JOSEPHINÆ ACADEMIÆ

ex
C A R O L O S E P T I M O
S E X T I M O

ROMANORUM IMPERATORIS SEMPER AUG.
Germ, Hisp. Hung. Bohem, Regis &c. &c. &c. Supremi
Ducis Silesiæ

1716

Indeficienti Munificentia
AVGMENTVM
In Festo Anniverfario SS. mi Patriarchæ

JOSEPHI
Oratione Vniverfæ Philosophiæ innixâ
& publicè propugnata

sub Auspicijs
ejusdem
SACRÆ CÆS. REGIÆq; MAJEST.
Clementissimis

Præside
Prænobili, ac Consultissimo Viro
DOM. DARIO DORETTI. j. v. D.
& in eadem Academia Regia Prof.
Pub. & Ord.

â
Friderico Guillelmo de Ponickau
Equite Silesiæ
celebratum.

Lignitij Æratis excussit Typis Joannes Christophorus Wetzoldus

Ein in dieser Zeit nicht correct



JOSEPHINA ACADEMIA
JOSEPHVS HAVD O CCMDCBENS

In
Regiæ Academiæ Josephinæ
Iconem

EMBLEMA

Rosa Exeris sculpta Muro

ANAGRAMMA


CAROLUS
SEXTUS
IMPERATOR

Distichon

En ROSA Virtutum tibi MURO hoc EXTERE
SCULPTA

Augmento CAROLI: carpe, &
odorus eris.

Fidencio Quillimo de Pontikan



AVGVSTISSIME
 &
 INVICTISSIME
 ROMANORVM IMPERATOR

Domine Domine
 omnium

CLEMENTISSIME.



Ebilibus innixum alis altissima pe-
 tere Icariam saperet procul dubio teme-
 ritatem, nisi in aperto esset, ad Solis ful-
 gorem ipsos Aquilarum pullos converti,
 & Animum nobilem decere, ad sublimia
 potius erigi, quam inter abjecta penitus
 latitare. Præstat audacis quam ingrati ani-
 mi nota; tantis enim ab IMPERIALI MUNI-
 FICENTIA gratijs cumulari, nec debiti ob-

sequij specimen aliquod edere, subditi fidelissimi natura non patitur.
 In JOSEPHINA Academia ex speciali privilegio educari, nec ad

)(2

Augu-

Augustissimum Thronum provalvi non possum, ut saltè palam fiat, ad minimum usq; subditorum Gratiarum Magnitudinem descendere. Suscipe, Principum Clementissime, Oratorij nec non Philosophici mei Studij prima Specimina, quæ MUNIFICENTIÆ TUÆ Gratosissimo irrigata rore in obsequij tesseram sese demississime sistunt.

De Augusto anniversariâ JOSEPHI die dicturo amplissimam exhibuit dicendi materiam, quo Tuam beas Academiam Clementissimum Augmentum, quæ sub Augustissimi Fratris Immortalis memoriae Auspicijs Inaugurata, ad eam, quam depictam humiliter offero, formam adeo consequenter accedit, ut Virtutum Artiumq; fragrantia undiq; manans, *Rosa* perenni *Muro Sculpta Exteris* non minus ac *Majestatis Tue Augustissimæ* subditis jure merito nuncupetur. Non respondet, fateor, Argumenti Magnitudini facundia, sed Augmenti Certitudo tot, tantisq; nititur argumentis, ut imperterrita prodeat Oratio, & quæ merito Censores aliundè timeret, sub Umbra Alarum Tuarum, unoq; Clementissimi oculi aspectu illustrata, publicam non fugit arenam. Tot tantorumq; Cæsarum irrigata Sangvine Augustissima Clementia meam fovet audaciam, cumq; non minus animum, quam effectus Imperatorum Magnanimitas inspicere soleat, humilitatem meam fortunatissimam spero, quam virium imbecillitas infelicem facere potuisset. Faxit Omnipotens, ut aliquando solidiora fidelitatis meæ præbeam Specimina, augeatq; Immortale illud Augmentum *Majestatis Tue* adeo fortunam, ut nullis unquam turbata casibus, in Academiae suæ, Regnorum, subditorum, totiùsq; Christiani Orbis bonum innumeris ornetur annis æque ac triumphis, & ficuti vivo, sic etiam in Servitium moriar

Sacratissimæ Cæsareæ Regiæ Catho-
licæque Majestatis Tuæ

Omniū subiectissimus ac de-
votissimus

FRIDERICUS GUILLELMUS
DE PONICKAU.



Oratio.

Solitis mortalitatis exuvijs, materi-
ali scilicet Spirituum animalium, ut
ut purissimâ, atq; actuosâ substan-
tiâ [1] quâ vinciebatur humana mens, a-
deo immortalibus Delicijs, quæ in Solo
gaudio ex visione [2] beatifica consistunt,
vitæq; non periturâ fruitur, & perfectissi-
mè defectatur, ut Solem verum ignem ne-
garet [3] qui propositionem objecto con-
formem falsam [4] asserere non erubescer-
et. Hominis Anima realiter à corpore
distincta [5] utpote, quæ divino afflatui de-
bet originem, propriam independentem
ab eo habens existentiam, vivit extra illud,
in eâ corruptioni, quæ [6] materiæ secundæ
proprie, obnoxia est, sicq; immortalitatis non
expers. Hinc non occumbens incorrup-
tibile enim morti, quæ corruptio est [7]
minimè subicitur, nec pura Intelligentiâ in-
ferni

(1)
Spiritus animales
ex purissima san-
guinis substantia.

(2)
Beatitudo forma-
lis in gaudio ex vi-
sione beatifica
constitit.

(3)
Sol verus ignis.

(4)
Propositio con-
formis objecto ver-
a est.

(5)
Anima rationalis
realiter à corpore
distinguitur.

(6)
Materia secunda
corruptibilis.

(7)
Corruptio mors
est.

B

infe-

(8)
Summum non ad-
mittit intensio-
nem.

(9)
Conueniens no-
men designat es-
sentiam rei.

(10)
Causa posita se-
quitur effectus.

(11)
Bonum odio ha-
beri non potest.

inferiorum substantiarum excidio compre-
henditur. Jure igitur merito Joseph Vs
haVD oCCVMbens, qui diuinis receptus
ulnis, mortem minimè timet, quin imò
augmentum sentire videretur, si quod sum-
mum est, augeri [8] aliquomodo posset.
Porro æternum hoc Regiæ hujus Acade-
miæ augmentum etiam voluntariè cæcos
non latet, sub augmentò enim Sanctissimi
Patriarchæ erecta, ab Augustissimo Ro-
mani Imperij JOSEPHO decrementi nef-
cia sit oportet, siquidem ex intimis effen-
tiæ visceribus desumptum nomen rem ip-
sam [9] designat. Frustra casus armatur
virus, vicissitudinum excitatur impetus, u-
bi causa viget, effectus [10] nisi voluntate,
aut vi quadam libera & dominante impe-
diente, omnimodè sequitur. Quis autem
hunc immortalem *Josephum* hoc scilicet *Jo-
sephinae Academiæ Augmentum* defuturum time-
at, cum quod bonum est, ab ipso indefici-
enti summoq; bono, ita odio haberi non
possit [11] ut penitus deferatur? Perfectis-
simus Creaturarum fons, non nisi bonis
manat, & quidquid ejus favente patrocini-
o in esse positum est, ab eo ad perfectio-
nem determinatam deducitur, cum nihil
perfectum imperfectionibus delectetur.
Jamq; Divinæ Assistentiæ Lumen pluri-
mos annos effulget. Erumpentibus hinc
inde periculis Aquilonibus, quos non
imme-

immeritò fluentem [12] cum impetu æ-
 rem dixeris, omnia sus desq; vertentes,
 hanc tamen Politici orbis partem incon-
 cussam aggredi non ausi, quasi terram im-
 mobilem, circa quam superiores orbis vol-
 vuntur. [13] Inter tenebras jaceret abjecta,
 nisi cœlesti favente luce splenderet [14]
 cumq; immortali protegatur lumine, HaVD
 OCCVMBENS Jure merito prædicatur. Hac
 speciosâ propriissimâq; differentiâ ab om-
 nibus aliis distinguitur, & quamvis essen-
 tiâ ab omnibus differat, hac tamen quali-
 tate adeo modificatur [15] ut non aliter
 ac homo per risibilitatem saltem necessa-
 riò (16) distinguatur. Verum Superum
 assistentia causâ remota est, ubi proxima?
 Prima non solet, nisi per secundas agere,
 mediata per immediatas, ergo quæ secun-
 da, & immediata Academici Augmenti af-
 signabitur? Producit mediante naturâ in-
 numerata effectuum miracula sinè miracu-
 lo summus ille miraculorum Patrator Al-
 tissimus, nec haud occumbens Josephinæ
 Academiæ Augmentum, sine Vicaria Vir-
 tute ad esse reducit. Habet suos Comilito-
 nes Clementissimò ille Jupiter (17) | Potent-
 tissimos Terræ; imò indeficiens Augustis-
 simi CAROLI Sexti Munificentia haVD
 OCCVMBENS JosephVs, scilicet Augmen-
 tum, justissimo titulo perpetuo colenda.

(12)
Ventus ær fluens.

(13)
*Planeta circa
 terram volvun-
 tur.*

(14)
*Tenebras lucis
 privatio.*

(15)
*Qualitas entis
 modificatio.*

(16)
*Risibilitas pro-
 prium necessari-
 um.*

(17)
*Jupiter quatuor
 habet satellites.*

Locus externus adeò à melioris no-

(18)
*Locus externus
Mathematicè
immobilis.*

(19)
*In Augmento mo-
tus Localis.*

(20)
*Superficies linea-
rum fluxus.*

(21)
Idea immortalis.

(22)
*Datur potentia
in quolibet ad
quodlibet.*

(23)
*Repuat natu-
raliter materia
line omni forma.*

(24)
*Forma corporis
inanimati est
congeries Acci-
dentium.*

tæ Philosophis immobilis (18) propugna-
tur, ut vix amplius disputationibus locus
fit, nullum enim corpus, nulla ambientis
corporis superficie circumdatum. Augu-
stissimum tamen Augmentum Academi-
cum augens locum, quæstionem facere
visum est, imò potius decidere, motum lo-
calem (19) in Augmento dari. Punctis
additis punctis, lineisq; lineis, latior fit su-
perficies (20) super quam non occum-
bens Academiae Regiæ Josephus augeatur.
Angustissimos quis extendit limites? Au-
gustissimus. Miseras casas ad Ædificiorum
Magnificentiam quis reduxit? MUNIFICEN-
TISSIMUS. Immortalis (21) Idea in Cæsarea
Mente refulgens opus in perpetuas æta-
tes produxit, & quod quibusdam poten-
tia mortuo modo reputabatur (22) ad a-
ctum reducibile gloriosissimè ostendit. Jam
novà lucebit formà, priore deposità mate-
ria, quam sine forma naturaliter esse re-
pugnat [23] eoq; nobilior, quo dignior
Auctor, & Augmentum sublimius.

Verum quæ forma? Quæ in acciden-
tium congerie, seu (24) partium disposi-
tione consistit. Augmentum in exerci-
tia Profitentium numero, in scientiarum
Professoribus, Augmentum. Utrumq; ad
Quaternarium redactum, in quo firmita-
tem & soliditatem Samius posuerat. Du-
os artem se se ab hostium impetu defendi
dendi

dendi tractantes, Natura exigebat, ut ipsi,
quæ sui conservacionem maximè quærit
[25] magis magisq; consuleretur. INVICTISSIMUS JOSEPHUS nobiliorem Fortitudinis partem defensionem, potius in qua magis Virtus elucet, quam aggressionem [26] intendit. Iniquitas undiq; erumpit, impetum quaq; facit, duplicatis viribus repellenda. Monarcha militibus indiget, ut subditorum quies salva & incolumis optimaq; [27] Reipublicæ forma perpetuò valitura conservetur. Sic additis viribus exercitia, necessariaq; nobili genere natis ars augmento desumpto, Academiæ Splendorem summopere dilatabunt.

(25)
Natura conservacionem sui maximè quærit.

(26)
Nobilius est sistere quam agredi.

(27)
Monarchia optima Reipublicæ forma.

Porro in Binario, in quo Pythagoras Scientiam designavit, Juridicam firmavit AUGUSTISSIMUS, ut quæ ad duplicem ordinatur finem [28] Beatitudinem scilicet humanam & divinam, Respublica, duplici Jure utrumq; possit attingere, cumq; sine Rationalis Philosophiæ Scientia, nihil perfectè sciatur [29] hanc superaddidit, ut à Voluntatis Libertate [30] Animi Affectus inter Virtutis limites imperiò contineantur. Quid ultra? quid enixius quærendum? scire & justum scire, perfectionis est culmen. Maximum igitur Augmentum, quo ab indeficienti CAROLI Munificentia JOSEPHINA Academia decorata. Sed majora sunt addita. Virtutibus Eminentes

(28)
Respublica ad beatitudinem humanam & divinam ordinatur.

[29]
Logica ad scientias perfectè acquirendas necessaria.

(30)
Datur libertas in homine.

nentes Acađemistæ Imperialis Munificentia gratijs illustrantur.

Affulgent alij perspicacissimi fulgoribus intellectûs in scientijs, in corporis exercitatione alij præcellunt, uterq; præmijs propositis coronabitur.

(31)
Intellectus est facultas anime ad verum cognoscendum ordinata

(32)
Robur à tendinum duritie.

(33)
Somnus ab humiditate.

(34)
Uterq; parens ad generationem activè concurrir.

Facultas animæ ad verum cognoscendum ordinata [31] si actualiter agat, plus meretur, quam in sola potentia, & ubi Natura, seu Labor corporis robur, induratis tendinibus auxit [32] non debet honoris tessera defraudari. Quid obsecro, molles illi, profundòq; in otio Sepulti Juveniles Animi, qui nimia quiete naturalem humiditatem foventes, Spiritusq; animales unde quaq; obruentes (33) in morte vivunt, in misera vita moriuntur? Quid Generis Nobilitas in defidiâ sepulta? Addidit Augustissimus Juventuti Stimulos & validiore ardore certantibus præmia proposuit. Sic olim à Græcia multiplici sermo Virtutum Animi, cum Corporis in Olympicis ludis coronabatur. Gloriosissima quamvis muta, non tantùm Imperialis munificentia, sed & Coronati Panegyris, quàm non modo præsens, sed & futura omnes ætates promeritis non occumbenti plausu sacra-bunt. Augetur Stemmatis decus ubi fortibus creantur fortes, & utriusq; parentis, ut pote ad Heroëm generandum activè concurrentis (34) gloria unâ cum lætitia multi-

multiplicatur. Felices Academici Studij
Comilitones, quibus felicissima Indoles
Augustissimum Cæsareæ Munificentiae
Augmentum promittit. Agite fortunati
& laboribus tum corporis, cum mentis,
acquisita carpite præmia, non occumben-
tia meritorum insignia, futurorumq; Spe-
cimina carpite.

Ecce nova Regiæ hujus Academiae
forma, cum aucta privilegijs membra no-
vam quodammodo ponant configuratio-
nem. (35) Novam dicam Academiam,
quam Cæsareum Augmentum induxit.
Nova cum haud occumbens. Defectui re-
liquæ omnes obnoxia, ut cætera mixta,
(36) interitus expers JOSEPHINA quam im-
munem CAROLI Munificencia defendit.
Pereant, quæ in decremento sunt (37)
quæ sub Augmenti patrocinio vivunt,
deficere minime possunt, eoque magis
sub indeficientis Augmenti tutelâ. Ex-
ultant Augustissimæ prolis firmissima spe,
hereditariæ Provinciæ, exultat Imperium,
Europa, totusque terrarum orbis exultat.
Aucta fortunatissima prole Augustissima
DOMUS, quamvis Sæculorum numero
gravis non descendit, non enim à gravita-
tate descensus (38) repetendus. Quæ in
animorum Magnitudine, & Excellentia
fundatur, semper ad altiora protendit. Au-
striacorum Principum Animi in Anima,
quæ

(35)
*Nova configura-
tio partium no-
vam inducit Spe-
ciem.*

(36)
*Omne mixtum
corruptibile.*

(37)
*Ex decremento
interitus.*

(38)
*Descensus gravi-
um à similitudi-
ne nature.*

(39)
*Anima humana
immortalis.*

(40)
*Animus à San-
guine repetendus.*

(41)
*Tempus inter-
num à re non di-
stinguitur.*

quæ immortalis est (39) præcipuè, Secun-
dario vero in purissima Sanguinis Augu-
stissimi perfectione (40) consistit. Sanguinem
tempus non inficit; imò cum Sanguine (41)
est. Ergo Cæsarea Munificentia cum reliquis
animi dotibus in Augustissimos Successores
transmissa indeficiens JOSEPHINÆ Academia
promittit Augmentum, cum Romanæ Monarchiæ,
quæ ad ultimos Sæculorum fines duratura
ex ipsa Sacrarum Litterarum Veritate
promittitur, exigentia in Augustissima Au-
striacorum Familia constituat imperium.
Hæc unicum Christiani Orbis propugnaculum,
in quo Pietas & Vires conjunctæ sunt.
In media quodammodo Europa sita, ut veluti
vastissimi hujus Corporis Cor, in Orbem
Spiritibus alimentum effunderet. Ab hac
una repulsi Barbarorum impetus, huc usq;
Turcarum Barbaries finitimas Provincias,
interjecta regna inundavit. Ab hac Sedati
Occidentales motus, septentrionales ausus,
exercitus cæsi, classes dissitæ, innumera
hostium vires oppressæ. Quis vastissimum
regeret imperium, corruptasque Subditorum
indoles, quorum quandoq; vires terribiles,
in debito detineret obsequio? Jam dudum,
cum ejus nimia timeretur potentia, in alienas
familias translatum esset Imperium, nisi
facilius, meliusque potens, quam debile
caput

caput prudentissimis Electoribus videtur. In hoc suprema Virtus (42) naturaliter dominatur, ergò quò validius, quò potentius, eò consultius, ut inferiora maxime conserventur. Valeat igitur unum ab alio (43) inferre, à necessitate Christiani Orbis ad perpetuitatem Augustissimæ Domus, ab Austriacorum Principum inefficienti Virtute ad perennem Munificentiam, valebit ab hac ad non occumbens JOSEPHINÆ Academiæ Augmentum feliciter argumentari. Quilibet intellectus lumine non destitutus, nisi voluntas decepta in contrarium feratur, ratiocinij veritatem videat [44] necesse est, & esset ad Solem cæcutire, inter tot evidentia contrarium timere. Absit ab Academicis Cordibus timor, qui tantum à Spiritibus Animalibus in Cerebro [45] excitatur. Certissimis argumentis fulta spes non occumbentis Augmenti totum occupet animum, nec defectus Luminis in Augustissimæ Munificentia Sole timeatur.

(42)
*In capite Mens
humana.*

(43)
*Argumentatio
est oratio unum
ab alio inferens.*

(44)
*Premiis positi
intellectus nece-
sitate ad concl-
dendum.*

(45)
*Affectus animi in
Cerebro à Spi-
ritibus Animalibus
excitantur.*

Unum tamen huic Augmento impedimento futurum dubitarem, nisi me aliò traheret debiti nostri notitia, certaque fundamenta, quibus in contrarium adducor. Juventus erroribus obnoxia, ut pote, quæ nullà experienciâ pollens, effectum Academici Augmenti posset aliquomodo retardare. Gratias impertitur Au-
D gustif.

gustissimus, non autem nolentibus. Sol
Troglodijtibz non lucet, nec in profun-
do sepulta ejus amœno Lumine recrean-
tur. Actio finè termino non perficitur
[46] imo finè patiente nulla profus est
actio. Nostrâ interest Augustissimis gra-
tijijs participes fieri patiendõ, & ad Acade-
micum Augmentum agendo concurrere.
Recedant quæcunq; nos à proposito sco-
po divertere possent. Nullum sit unquam
Temporis Momentum Laboribus vacu-
um, quod aliunde in natura repugnat [47]
nè absoluto Academico Studio vacuum
caput, vel potius animum, seu, quod ma-
gis timendum vitijijs repletum indè fera-
mus. Quæramus JOSEPHUM, id est
Augmentum Artium, Scientiarum, Virtu-
tum. Floreat Juventus nostra, ut in viti-
li ætate gloriæ, fortunarûuq; fructus uber-
rimi percipiantur. Omnem impendamus
operam, ut AUGUSTISSIMI PRINCIPIS MU-
NIFICENTIA, quæ nostrum Augmentum
semper intendit, augeatur potius, quàm
de meritis nostris minuatur, nè quæ ex se
indeficiens est, ob nostrum in eâ prome-
rendateporem deficiat. Penetret actio-
num nostrarum odor ad Cor usque Au-
gustissimum, & quamvis Corporum pe-
netratio naturaliter [48] implicet, non i-
tem meritorum notitia.

Sed

(46)
*Actio incipit in a-
gente, terminatur
in patiente.*

(47)
*Vacuum repug-
nat.*

(48)
*Duo Corpora non
possunt naturali-
ter in uno eodẽm-
que loco esse.*

Sed quò me Juvenilis ardor impellit?
 Quid nobilissimis Animis ad Virtutem, ad
 Gloriam stimulos addere? Jam fatis ab Il-
 lustrissimi Regij Regiminis Proceribus ad
 gloriam ad Patriæ bonum, ad Augustissimo
 debita obsequia præstanda stimulamini. Hi
 perfectionem affecuti ad perfectionem
 nobis ostendunt viam. & præeuntes ad glo-
 riam sequentes excitant. Me unicum al-
 loquor, me unicum stimulabo, ut ad quie-
 tem, quæ in Scientijs & Virtutibus unicè
 posita est, naturali elaterio [49] iterum
 convertar. Utar Augustissimis Gratijs,
 non abutar. JOSEPHINUM Augmentum,
 Augustissimum Servitium, Patriæq; bo-
 num mihi tanquam fines partiales [50]
 pro ultimo vero, Eum tantum, qui pri-
 mus omnium, & ultimus est, à quo
 principium & Augmentum
 omne, proponam,

(49)
*Elaterium ab
 exigentia status
 naturalis repe-
 tendum.*

(50)
*Possunt plures
 fines partiales in-
 ter agendum in-
 tendi, totalis non
 nisi unus.*

DIXI.



AK Tg 691

omne, propterea
principium & augmentum
nunc omnium, & hinc est, a quo
pro ultimo vero, sum totum, qui di-
nam nihil eandem facit tantis, [et]
Augustinum de veritate, P. 1. c. 1. po-
non autem, [et] hinc est, a quo
convertitur. Hic Augustinus dicit,
potest esse, naturalis, [et] [et] [et]
totum, quod in scientia, & [et] [et] [et]
loquitur, [et] hinc est, a quo
runt, [et] hinc est, a quo
nobis ostendunt, [et] [et] [et]
perfectionem, [et] hinc est, a quo
debita, [et] hinc est, a quo
gloriam, [et] hinc est, a quo
Iustitiam, [et] hinc est, a quo
Gloriam, [et] hinc est, a quo
Quid nobilitatis, [et] hinc est, a quo
Sed quod me, [et] hinc est, a quo

(2)
[et] hinc est, a quo
[et] hinc est, a quo
[et] hinc est, a quo
(3)
[et] hinc est, a quo
[et] hinc est, a quo
[et] hinc est, a quo

DIXI



nc



15

F.R. 99.

Tab. XX

II g
691

X 2311847

JOSEPHVS haVD oCCVMbens
id est
JOSEPHINÆ ACADEMIÆ

ex
CAROLI
SEBASTII

ROMANORUM IMPERATORIS SEMPER AUG.
Germ. Hisp. Hung. Bohem. Regis &c. &c. &c. Supremi
Ducis Silesiæ

1716

Indeficienti Munificentia

AVGMENTVM

In Festo Anniversario SS. mi Patriarchæ

JOSEPHI

Oratione Vniuersæ Philosophiæ innixâ
& publicè propugnata

*sub Auspicijs
ejusdem*

SACRÆ CÆS. REGIÆq; MAJEST.

Clementissimis

Præside

Prenobili, ac Consultissimo Viro

DOM. DARIO DORETTI. j. v. D.

& in eadem Academia Regia Prof.
Pub. & Ord.

Friderico Guillelmo de Ponickau

Equite Silesio
celebratum.

Lignitij Aeratis excusit Typis Joannes Christophorus Wetzoldus

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SMALLE)

